gelwe kittel und mûrsnitzen
lânt manec meide niht gesitzen,
die mit flîze erbîten solten,
obs ir zuht behalten wolten.
die loufent hin, die loufent her,
ob ieman dâ sî, der ir ger,
oder der ir geswenze lobe.
ir manec vert als ob sie tobe,
sô sie daz swenzlîn vorn an siht:
nu wol her, wer wil sîn iht?
trüegens mentel oder hüllen an,
wie solten dan die jungen man
ûf den ahseln die schilde gesehen,
der glenzlîn kan diu minne spehen?

die mädchen hefteten schimmernde schilder, vielleich von gold oder silberblech auf ihre achseln, die weder mantel noch schleier verhüllen durfte, damit den jünglingen das, wie man annehmen wird, von ihnen geschenkte zeichen in die augen fallen konnte. glenzlîn ist schimmer. JAC. GRIMM.

EIN MÄRCHEN AUS DEM X. JAHRHUNDERT.

Quidam rex iuvenis cum haberet exercitum et multitudinem sapientum dumque nequirent quod iuvenibus competebat, sapientibus stultitiam eorum reprimentibus, agere, inierunt consilium ut quisque illorum patrem interficeret proprium. actum est. unus sed illorum, non tolerans tantum admittere scelus, dixit uxori suae 'si patrem meum interficio, ne consilio pereamus prodito non modice metuo.' consensit uxor ad servandam soceri vitam atque alendum in suo eum cellario locant. imperat sane filio pater ut interrogatus a rege de quovis consilio non antea responderet donec ad se illud referat. obtemperans igitur tam industrius regis est consiliarius factus ut inviderent illi omnes socii eius. adeuntes itaque regem interminati sunt quod, nisi eum interficeret, eos omnes absque dubio perderet. tristissimus rex consensit; quaesivit tamen ab eis qua occasione id facere posset. 'praecipe' aiunt 'illi ut cras veniens non secum ducat nisi unum servum, unum

amicum et unum inimicum.' territus hoc dicto ille patrem ex hoc sciscitaturus adivit. pater vero 'ne contristeris' inquit; 'sed valde bonum praepara nobis obsonium, optimum de me accepturus consilium.' post prandium igitur dixit illi secretius pater 'habes optimum asinum; illum pane vino et carne duc tecum onustum: habes caniculam ad tua defendenda valde paratam; illam tecum habeto, uxorem quoque adhibens tecum, asinum pro servo, canem pro amico, uxorem offerens pro inimico.' agit, asinum assumsit, canem secum pariter duxit, uxorem nec liquit. regem adiit tristissimum, considerare quae detulerat flagitans illum, 'iste' inquiens 'qui adstat onustus, meus est servus; ille alter meus amicus; tertia meus est quo infestiorem habere me spero neminem inimicus.' audiens illa super ignem ait accensa 'inimicumne me tuum esse pronuncias? merito, inquam, quae contra regis praeceptum tuo servavi patri, tibi obediens, vitam.' adolescens ad regem conversus 'videturne vestrae maiestati inimicam hanc esse mihi?' 'valde' respondit ille: 'sed utrum verum sit volo ediscere.' 'verum est' ait. 'gratias deo' laetissimus ille respondit. 'curre igitur, curre et mihi festina eum reducere.' actum est. consiliarius regis optimus redditur, adolescens a mortis instante periculo liberatur, uxor est non amare iuvenem, ut videbatur, detecta, quae fore utique amicissima putaretur, nisi taliter probaretur.

Ratherius sermo 3 *de octavis paschae, d'Achery spicil.* (1723 *fol.*) 1, 395. *andere abfassungen sind angeführt von den brüdern Grimm kinder- und hausm.* 3, 176.

H.